

... et p...  
... ex...  
... **Q**u...  
... qua...  
... fenu...  
... pmanes...  
... ganat...  
... **Q**u...  
... tris...  
... filii...  
... ne...  
... nobis...  
... **Q**u...  
... **ne se po**...  
... qu...  
... no du...  
... inoce...  
... **Q**u...  
... **Q**u...  
... **Q**u...

**H**ic s. Conuenientia  
nobis unum in hoc est  
domica cena memoranda. In  
quibus enim sua cena plerumque  
ad manducandum. Et alii quidem  
esurit. alius autem eius est.  
Nunquid domos non habent ad  
manducandum. et bibendum. et  
ecclesiarum dei acceptant. et con  
suetudinis eos qui non habent.  
Quod dicitur nobis. Laudo uos  
in hoc non laudo. Ego enim ac  
cepi a domino: quod et tradidi uobis.  
quoniam dominus ihesus in qua nocte tra  
dit. accepit panes et gratias  
ages fregit et dixit. **H**oc est cor  
pus meum quod pro uobis tradit.  
hoc facite in mea commemoratio  
ne. Similiter et calicem postquam  
cenauerit dicens. **H**ic calix no  
uum testamenti est in meo sanguine







45

45



EPITHALAMIA

In honorem

PRÆSTAN-  
TISSIMI HVMANIS-  
SIMI DOCTISSIMIQ; VIRI DN.  
M. ADAMI REINHARDI Scholæ Cizensis  
Rectoris dignissimi Sponsi, matri-  
monium contrahentis  
cum

HONESTISSIMA PVDI-  
CISSIMAQ; MATRONA SALO-  
me, clariss. & doctiss. viri Dn. M. Bartholomæi Pelæi  
S. C. R. piæ memoriæ relicta  
vidua.

Fauoris & amoris ergo ab amicis &  
fautoribus conicripta.



Anno M. DC. Mense

Augusto die X.



257

Lipsiæ, Franciscus Schnellboltz excudebat.  
Typis hæredum Beyeri.





E  
At quast  
Proff  
Ante vi  
Pro  
Hoc de bl  
Obs  
Hac me a  
Et p  
Concordi  
Duo

A Cipe  
D iwin  
A cipe  
Vl m  
Vr do  
S wft



## EPITHALAMIUM.

**V**irgine Reinhardus dignus viduane putand' ?  
Virgine Reinhardus dignus & est vidua.

At quaesitus utram malit ; subridet & infit :

Prospera Fata mihi castaq; vota ferunt

Antè viro nuptam : nec multum discrepat etas :

Prorsus & ingenio convenit ingenium.

Hoc de blanditijs tenera statuamne puella ?

Obsequij leges quaè malè docta pati ?

Hæc mea : fida domus custos, fastumq; perosa,

Et placida est verbis, moribus, ore, animo.

Concordisq; thori notissima laude prioris,

Ducite vos, quàm vult quisq; : nec invideo.

Theodorus Steinmetz Lips.

I. V. D. Cizæ F.

## ALIVD.

**A**ccipe Adame, **D**EV S quam dat tibi, docte Salo-

**D**ivini Sponsam muneris instar habe. (men,

**A**ccipe Adamum, quem tibi dat **D**EV S ipse, Salome,

**M**unus divini Numinis huncq; cole.

**V**ir docti doctus dignus vidua ipse Magistri,

**S**ubstituis qui te nomine, quiq; viro.

A 2

Rem



*R*em facitis gratã ambo DEO : is pia cœpta secundet,  
*E*t precor ut votis annuat ipse meis.  
*I*ntretis vestrum in thalamum feliciter ambo,  
*N*ec vestrum turbet lis odiumq; torum.  
*H*oc faxit DEVS, ac Euam qui iunxit Adamo,  
*A*c mandauit eis multiplicare genus :  
*R*itè idem vos carne duos quoq; viuere in una  
*D*um vult, coniungit quos socialis amor :  
*V*iuite concordēs, concordī viuite lecto,  
*S*itis ut exemplum coniugij ambo pij.  
*S*it candor, sit vera fides, parilisq; voluntas,  
*A*c pietate ardens, non simulatus amor.  
*L*abe torus careat vester, pax ambiat illum,  
*O*men ut hic Sponsa nomen habere queat.  
*M*ens duo sitis & una, duo ceu corpore in uno  
*E*stis, quo poterit dulcius esse nihil.  
*P*role DEVS faciat multa, pulcraq; parentes,  
*E*t mensam cingant pignora utring; pia.  
*L*ongius ut vitam Reinhardus ducat Adamus,  
*Æ*quet & ut Pylios casta Pelea dies.  
*A*ngelus Asmodum contra tueatur amantes,  
*A*d votum & vestrum prospera cuncta cadant.

Simon Donnerus Mitvveidensis,  
Citij verbi diuini Minister.

ALIVD.



## A L I V D.

**T**empore quo Clarus Parnassi sacra nouabat,  
 Et Charites aderant, & pia turba chori:  
 Filius Idaliae pharetratus forte Cupido  
 Aduolat, & risu replet ubiq; locum.  
 Quam bene res cecidit, verbis ridentibus inquit:  
 Non ego dedidici figere tela viris.  
 Rector ad ingenuas Ciza modò iunctus habenas,  
 Mentelicer studijs totus inesse putat:  
 Nunc tamen insuetas sentit sub pectore flammās,  
 Et socio liciti flagrat amore tori.  
 Jam SALOME, coniunx resoluti morte Pelæi,  
 Ducitur in thalamum Sponsa petita suum.  
 Sic ait; alatis & cruribus aethera carpens,  
 Soluitur in ventos, ceu solet ales auis.  
 Omnibus arridet factum, gratantur & omnes,  
 Tam, qui sacra nouat, quam generosa cohors.  
 Hac recinunt: SALOME, pacem qua nomine signat,  
 Pacis amans Sponso pacificata venit.  
 Sint procul hinc lites, odium, discordia, rixae;  
 Regnet in amborum pectore castus Amor.  
 Et tu SUMME PATER, cui sunt connubia cura,  
 Pelle dolos, fraudes, insidiasq; Stygis.  
 Subdola ne Satanas thalamo sua retia tendat,  
 Cordaq; disjungat foedere iuncta sacro.  
 Vna fides nuptis, flagrans amor vnus, & vno  
 Mens simul ambobus floreat vna thoro.  
 Sic vt condecorent fructus pia pignora lectum,  
 Pignora qua vera te pietate colant.  
 Viuant concordēs ambo per Nestoris annos;  
 Viuant felices, sit procul omne malum;

A 3

Plaudite



*Plaudite, quotquot amant tadas in amore iugales;*  
*Plaudite Musarum plaudite tota cohors.*

Animo gratulante & benevolo scribebat hæc Affini  
Affinis Pastor ad D. Nicolai Cizæ.

M. Iacobus Zader.

A L I V D.

*V* Itam qua recreant suaviorem  
Hæc sunt (Pieridum decus, Venustas  
Suadela, pueris vigor docendis  
Reinharde) ingenij benignioris  
Fervor cum Genio benigniore,  
Indefessus amor favorq; vera  
Doctrina, solidum Sophis levamen  
Inter precipuos ijs amicos  
Quos iactat Themidos suada: Talem  
Fructum ter cumulat Cupido matris  
Incensus facibus, Charis Voluptasq;  
Augent cum probitate. Pulchriori  
Hinc Sponsa thalamum tuum beavis  
Concors Aonidum favor Lycei  
Cizensis decies suo Magistro  
Gratetur thalami beatiorum  
Consortem: Vigeat togata virtus  
Cum Pacis Fidei lociq; alumnis.

E Spon-



E Sponso soboles decusq; Sponsa  
Emergat, generis columna, basis,  
Sustentans thalamum quietiorem.

M. Christoph. Hunichius.

A L I V D.

C OECutit omnis amans oculos animumq; labantem.  
Cæcutit ipse enim lumine cassus AMOR.  
Ergò quid inceptas ADAME; quis impetus intus  
Impedit heu animi sobria sensa tui?  
Intras iam thalamum: magis aë intrare Charybdis  
Duceris: ò que Te monstra nefanda trahunt!  
Monstrum ipsa est Coniunx; Scyllaq; nocentior ipsa,  
Phæstades summa ceu Sophus arte probat.  
Nam licet aureolo facies gemmata nitore  
Emicet; & toto fulgeat ore decus:  
Si tamen aspicias partes in luce latentes:  
Fraus latet interiùs; fraus patet inferiùs.  
Mellea si facies ridet, mens invidet intus  
Fellea: nec Socio vult benè velle suo.  
Se Divam fingit temerè, dominamq; potentem,  
Non misero dubitans imperitare viro.  
Heus, ait, hos undis fluvialibus elue pannos,  
Aridaq; extructo ligna reponere foco.  
Si renuas parere: furit Canis instar hiantis,  
Vulnificoq; truces fulminat ore minas.  
Hinc Eris irrumpit totum Cocytia Tectum,  
Et procul è Lecto diffugit almus Erôs.  
Pugna fit infelix, pugnis certatur & armis,  
Verbaq; verberibus mixta subinde volant.  
Heu cæcas hominum mentes, quas impete cæco  
Cæcus Amor querulum trudit ad usq; thorum.

Hæc fors



Hæc fors Aleæto, Tædæ cui tædia, dicitur;  
 Thaidis aut Latiaæ Filia dicitur idem.  
 At TV SPONSE metus omnes seclude, secundo  
 Fata Tibi fulgent prosperiora Polo.  
 Centauros ea monstra petunt, Lapithasq; feroces;  
 Quis non est summi cura, timorq; DEI.  
 At Tu divinum Numen Nomenq; profatus  
 Ingredere Casti limina Casta Thori;  
 Coniuge cum Casta, qua te venerabitur ultro,  
 Fundet & ut compar verba venusta VENUS.  
 Si quando tristi mens astuet agra dolore:  
 Blanditijs reddet gaudia laeta suis.  
 Tu modò lora tene. nihil est crudelius usquam,  
 Quàm sua femineo subdere colla iugo;  
 Vir caput est; Coniunx est costa: quid improba tandem  
 Costa sui capitis respuat imperium?  
 Pauca precor: quot iam campis ressecantur arista:  
 Tot sine lite dies, tot sine labe dies  
 Labantur vobis; ô enthea corcula: vos vos  
 In Lecto & Tecto Gratia trina bect.  
 Heus Asmode thorum tædasq; exose iugales,  
 Hinc apage; Ismarios i procul exul agros.  
 Quid tibi cum Thalami consortibus usq; negocI  
 Verbero; cum nihil ac verbera dura pares?

**ONOMATOXAPIENTISMON**  
 ad Sponium.

**A**DAMO sociavit Hevam DEUS: Illa sed ipso,  
 ADAMI fuerat corpore demta prius:  
 Ast ADAME Tibi nec Hevam, neq; corpore demtam:  
 Sed TIBI qua rapuit cor iuvenile, iugat.

*sed bene*



15  
Sed bene cum iungat: Cor reddit, & addit eidem  
Cor ipsius, uti Corcula bina geras.  
Et sic non modo COSTA Tibi: sed corpore toto  
Uxor erit tua; nec desinet esse tua.

ONOMATOXAPIENTISMON  
ad Sponsam.

**N**omen SPONSA tuum PACEM, SOLEMQUE, SALOMB,  
Et MELOS Aonidum nobile spondet idem.  
Vates fata canam: vestrum PAX aurea lectum  
Et Venus, & Charitum tria verenda colent.  
Nec tuus Ardalicum SPONSUS desuescet amori:  
Panget at assidue spumea melle MELE.  
Tu modo SPONSA; MELOS dum condit amabile SPONSUS;  
Inq; Domo inq; Thoro SOL novus esse stude.

M. Iohannis Försteri Aurobachij  
Poëtæ Cæs. SS. Th. Cand.  
ex Acad. Lipsica.

A L I V D.

**H**ic vir hic est, acer qui miles Elistrijs in arvis  
Coibat, acre praelium prole ciente Iovis.  
Hic vir hic est Stagirita graves tua qui peritiori  
Sciebat inter milites arma rotare manus.  
Hic vir hic est toties quem tela tot acrium virorum  
Vrsere, nec tamen viris obrutus ille semel.  
Hic vir in adversos tum spicula qui retorsit acer  
Vibrata, nunc puelluli debilis ungue iacet.  
Nunc ubi pectus inexpugnabile? quod nimis stupebat  
Nunc ingruente praelio Pleussidos alma cohors.

B

Tu Venus



*Tu Venus alma tenes iam pectora fossa prolis acris  
 Telo, ferocis militis cor Venus alma tenes.  
 Tu potis auxilio iuncta tibi prolis edomare  
 Heroa tantum: tu Deos edomuisse potes.  
 Sensit amata fero Proserpina robur acre Diti,  
 Blando sub AEthra blandulas legit ut ungue rosas.  
 Innotuere tibi vires Erycina dulcis ipsi  
 Ut iuncta Adoni blandulo saepe secuta feras.  
 AEsacus Eperien gradibus celer urget ut volentem,  
 Sentit flagrantis quid Dei saeva pharetra queat.  
 Sentit Adamus idem nunc ossibus: ipse nec repugnat,  
 Victas sed ambas dat Dea corde labante manus.  
 Fata scit ille virum seuissima, forte qui rebelles  
 A prole torosa respiciunt pectore tela suo.  
 Threicius vates Veneri nisi resistisset almæ  
 Herois Hebre non lyram non veheret caput.  
 Tu nec Anaxarete saxum super atrio stertisses,  
 Si verus Iphis ferreum pectus adisset amor.  
 Hæc scit Adamus amans, hinc mitibus annuit sagittis  
 In pectus ardens quas sua torisit ab aure Puer.  
 Hinc sit Adamus amans Acis, Galatea sit Salome  
 Utroque quorum mutuis pectore flagrat amor.  
 Et sit Adamus Acis precor & Galatea sit Salome  
 In brachijs & Acidis sit Galatea sui.  
 Acidis in gremio sedeat Galatea palmulisque  
 Dilecta colla mulceat, basia detque genis.  
 Tu procul immitis Polypheme per alta montis antra  
 Te conde, nec turba, pari par quod amore flagrat.  
 Tu Deus hunc abigas, aduersaque cuncta: Tu quietem  
 Dones utriusque pectori pacificumque torum.*

M. Petrus Vernerus Scholæ Senatoriæ,  
 quæ est Lipsiæ ad D. Nicol. Collab.

ALIVD.



A L I V D.

**F**elix ô nimum felix cui diuitis vxor  
 Contigit ingenij, casta, pudica, pia.  
 Contigit en tibi Sponse, manu cape firmiter illam,  
 Ut nisi sub thalamum, nesciat ire tuum.  
 Sponsa beata nimis, quam amplectitur inclytus Adam  
 Reinhardus, Rector peruigil vsq; satis.  
 En Salome, tam dulce caput tibi fata tulerunt,  
 In tacito gaude gaudia magna sinu.  
 Omnipotens multa faciat te prole parentem  
 Qui referant mores ingeniumq; patris.  
 Sedibus ethereis veniens pax alma quiescat  
 AEdibus in vestris, cordibus atque simul.  
 Persistant valide valida cum coniuge vires,  
 Et cedant morbi, cedat & omne malum.  
 Te super effundat Pactolus largus arenas,  
 Sitq; tibi Cræso ditior arca bonis.  
 Nestoreos tempus vita extendatur ad annos,  
 Quàm cornix, viuax efficiare magis.  
 Ac tandem precor ut cælestis cœlica vita  
 Gaudia percipias tuq; tuig; simul.

M. Vlricus Bauer collega  
 Schol. Cizensis.

A L I V D.

**A**ëris ut facies una ter vertitur hora:  
 Sic nihil esse solet  
 Inconstans magis, humane quàm gratia forma,  
 Nil magis esse fugax,

B 2

Utq;

Senarom  
 Collab.  
 ALIVD



Utq; rosa candor citò deflorescit amœna,  
Flore viretq; breui:  
Sic perit oris honos, morbi contage, vel annis,  
Sive labore graui.  
Observans verò diuini fœmina cultus,  
Et studiosa boni,  
Nomine florebit claro, laus eius in omnes  
Estq; futura dies.  
Et Salome forma præstans, & gratia habetur,  
Sed tamen illa magis  
Grata timore Dei, castisq; venustior actis,  
Moribus atq; probis.  
Hanc igitur propter multum tibi grator Adame,  
Hanc tibi propter ego  
Grator Adame, Scholæ Reçtor dignissime nostra.  
Sit diuturna tibi,  
Sit diuturna tuæ per prospera plurima vitæ  
Vita, iugalis amor  
Prospiciat generi vestro, date pignora lecti,  
Prole replete lares.

Athanasius Faber Collega  
& Compater.

ALIUD.



# ALIVD.

Ω θεός ὑψίμεδον, τ' ἀρχὴ δαλάμοιο σεβασῶ,  
 κῆρι φιλῶν νύμφας εὐσεβέας τε πολύ,  
 κλυθί μου εὐχομύοιο, δίδ' ἑ καὶ, μὴ ἴνα πείρη  
 Νείκεα εἰς νύμφας ποικιλόβροτο ὄφρα.  
 Ἀλλὰ κατάπρωτος σὺ τεῶ τούτ' ῥήματι δείω,  
 ὄφρα εἴης θυμὸν σήθεσ' ἔχωσιρ ἕνα.  
 εὐφροσύνη χωρὶς σε νύμφων οὐδεμί' ἐσί,  
 χωρὶς σε τελέθη ὄλβιοτο οὐ δάλαμοτο :  
 ελθέ δεῦρ' ἀγαθὸν υἱεῦ, εἴλε δῶτορ' ἑάωμ,  
 τῶν νύμφων δῶροις καὶ σύγ' ἄμυε τεοῖς.  
 ἔν' ἑ καὶ τίθεσαι μελιχρῆ ἄωσκε τραπέζαις  
 οἶνον, ὅς ἀτρεκέως χάρματα πολλὰ φύει :  
 ὡς πορικαλλῆ ἔθης δὴ τῆσι κύπελλα τραπέζης,  
 ἀγλάσ' ἀμπαύων ἐκ ποταμοῦ ῥότον.  
 χωρὶς σε λέχετο τελέθη οὐχ' ὄρκια ποισά,  
 χωρὶς σε φιλότης ἀνθεῖ οὐδεμία.  
 Πνεῦμα, πάρεσσι τεῆ, πεπνυμένε, ἰσχυί δείη,  
 δεξιτροῆ ἄνδρ' ἢ οὐδ' ἕνα πίπῃ ὄδῳ.  
 ἔν' ἑ σήθεσιρ εἴοισι δίδ' ἑ φλόγα παμφανόωσαρ,  
 ὡς ἀεὶ ἀκαμάτ' τῆς φιλότητο ἔχειρ.  
 Δός δι' ὁμοφροσύνη γείνασθ' ὑπεύονα τέκνα,  
 πληέτο ὡς βιοτῶν ἡδ' ἑ γέροντο ὄραρ.  
 οὕτως οἱ νύμφοι κλείσασσι θεῶν μιᾶ ἀνδρῆ  
 ὄφρα ἄμ' ἔασουτ' ἡ γῆ τε καὶ ἡ ἥλιτο :  
 τῶν εὐχῶν (τὰ γὰρ ὅτι πορικλυτὰ δῶρα μαθητῶν)  
 εἴνεκα τῆς χάριτο δέξο διδάσκαλ' ἐμῶ.  
 εἰαρινῆ φύλλ' ὅσα καὶ ἄνθεα γίγνεται ὥρη :  
 τόσά σοι ἐκ θυμῶ εὐχομ' ἔγωγε καλά.

Casparus Rulingus alumnus  
 Scholæ Cizensis.



A L I V D.

*G* Naviter Aonidum qui castra, ò Sponse, secutus,  
 Dos hominis que sit maxima, nosse cupis?  
 Dicam: dos prima est PIETAS: dos altera VIRTUS:  
 Tertia NVPTA PVDENS, pax requiesq; viri.  
 At tibi nec pietas dos prima, nec altera virtus  
 Sponse deest, virtus cum pietate placet.  
 Tertia dos restat tibi nupta paranda pudica,  
 Quæ tibi divino munere sola datur.  
 En nunc finis adest incerti latus amoris:  
 Finis & errorum iam tibi latus adest.  
 Coniugij portum tetigisti, casta SALOME  
 Fit coniux, quare nunc requietus ama.  
 Ecce fauente Deo talis tibi contigit vxor,  
 Quæ studiosa Dei, quæ studiosa tui.  
 Sponsa datur, virtute decora, venusta pudore:  
 Quæ pia, curanda quæ studiosa domus.  
 Uxor nobilior gemmâ, præstantior auro:  
 Quæ vixit viduo casta, decensq; toro.  
 Hæc tibi curarum requies, tua sola voluptas,  
 Pacificum reddet, dulce levamen erit.  
 Hanc sociam reuerenter habe, cui solus adhære,  
 Solus ama, & solam pectore solus habe.


Eia



*Eia age vive tuâ multos, REINHARDE, per annos  
Cum sociâ: felix cum pare vive tuâ.  
Sit bene, sit vobis iucundè, sitq; beatè,  
Opto: fatalis quos bene iunxit amor.  
Sit quæ longæa cornici vivitur etas:  
Sit quæ turturibus mens viget una pijs.  
Sitq; malum procul omne, boni sit copia præstò,  
Melq; fluat vestro lacq; merumq; toro.*

Georgius Arnoldus Scholæ  
Cizensis alumnus.

F I N I S.





*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]*

IN  
FES  
pi  
V  
EN  
Ca  
S  
Vi  
Ca







aut emissa voce magna ex  
piravit **ps. nr.** Et uidi ce  
phi lassu e' in duo. alio me uita  
deorsu. Vides aut e' in quo  
exadulo stabat. ga sic clamor  
expirasti ait. Ver. hic homo  
di filius erat. Erat aut e' in  
heres de lege aliter. Me  
qs erat in. Me. Me. Me.  
et maria. Me. Me. Me. Me.  
yoseph. Me. Me. Me. Me.  
Et cu' e' in. Me. Me. Me. Me.  
eu. et misit. Me. Me. Me. Me.  
miser q' h'nt. Me. Me. Me. Me.  
ultra. **ex.** **E**rat  
seru e' h'nt. Me. Me. Me. Me.  
erat qd e' h'nt. Me. Me. Me. Me.  
yoseph. Me. Me. Me. Me.  
decurio. Me. Me. Me. Me.  
decurio. Me. Me. Me. Me.  
me adpysate. Me. Me. Me. Me.